# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Gratitudo siue graciarum actio q

### cum fonte primo

Ad reddendum graciam opus est
et tempore et facultate et aspirante fortuna.

Denique ad reddendam gratiam et uirtute opus est
et tempore et facultate et aspirante fortuna;
qui meminit, sat sine inpendio gratus est.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 3.2.2 (F. Préchac ed., p.62).

Nichil tam necessarium aut cum maiori cura dicendum,
quam beneficium dare et gracias agere.

Seneca III. de beneficiis.

Ex omnibus, quae tractauimus, Aebuti Liberalis, potest uideri
nihil tam necessarium aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum,
quam quod in manibus est: an beneficium dare et inuicem gratiam referre
per se res expetendae sint.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 4.1.1 (F. Préchac ed., p.98).